Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



13

salutis vitae aeternae accommodatam. Nam qui advocationis
officium impartiatur ob bonorum quietam possessionem, aut
medicinam docuerit ob corporis retinendam salubritatem,
quique artes alias bonas ob temporalem usum docuerint, hi
siquidem ex charitate egerint, accidentali etiam possunt
premio exaggerari: nec aureolam virtute huius operis
non consequuntur, etiam si theologiae magistri fuerint,
nisi eas artes ut theologicae dictae subservientes edo-
cuerint. Debent autem sine debito supradictis privile-
giatis intendere actionibus. nam si gloriolae accumpandae
gratia, aut quaestus causa praedicavit doctor, mercedem
quidem suam recepit: suppliciis ~~[illegible]~~ forte etiam
eum ob vanitatem manentibus, aureolam aut perdit,
quam ne per poenitentiam recuperabit, cum mortua non per
eam vivificentur. Mortua autem sunt, non solum sine
charitate facta, sed et sine intentione recta, et quae
cumque non fuerint ab exordio intentionis suae
meritoria.

Finis.